



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XXXI. V. possit exco[m]municatus Parochus facere copiam eligendi
Confessariu[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Caput VI. De Ministro

do duo fratres de licentia Prælati peregrinantur, possunt se mutuò absoluerè, etià cum peruenerint ad alium Episcopatum.

Quæstio Potestne curam animarũ habens, an-
XXX. tequàm sit Sacerdos, commissionem eligendi Confessarium dare?

Respõsio. **P**OTEST, vel hoc nomine, quia titulum habet.

Quæstio Potestne excõmunicatus Parochus fa-
XXXI. cere copiã eligendi Confessarium?

Respõsio. **N**on potest, quia commissio illa est actus iurisdictionis, qua caret excõmunicatus, probabilè tamen est, commissionem talem legitimè factã, superueniente postea excommunicatione, durare, quia illum actũ fecerat legitimè.

Quæstio Tenetũrne Parochus subditorum suo-
XXXII. rum Cõfessiones non solũ in Quadra-
gesima, sed etiam extra eam, quoties scilicet illi confiteri uelint, audire?

Respõsio. **D**ubium non est, quin Parochus subditorum suorum Cõfessiones eo tempore, quando uidelicet ipsi cõfiteri tenentur, utpote semel in Anno, & in articulo mortis ne-